

QUESTIO XVII.

An Monialis possit sibi dare suffragium?

SUMMARIUM.

46 Si Monialis pro se habet majorem partem potest, si electio in dubio est, non potest.

AN vero dari possit casus in quo Monialis possit sibi metipsum dare suffragium & semetipsum eligere in Abbatisiam? Respondeo, quod si electio est in dubio, & quod vota ex utraque parte videntur paria, tunc non potest, & peccat mortaliter, est enim nota ambitionis, quae est pessima causa; at vero si Monialis se ipsam electam moraliter intelligit, & se habere majorem partem, tunc poterit consentire in sui electionem, ac veluti se coeligere. Ut tenent Layman. in quaest. Canon. cap. ultimo, quaest. 23; Tamburinus disputat. 28. quaest. 9. num. 4. Pellizarius tomo tertio, tractatu 10. cap. 10. n. 103. Tunc enim cessat ambitionis suspicio, & talis coelectio ad majus bonum est conventus, & ad majorem pacem firmandam, & ut electio magis benignè recepta habeatur.

Layman. Tambur. Pellizar.

QUESTIO XVIII.

Possintne Moniales per compromissum committere electionem Praelato praesidenti?

SUMMARIUM.

47 Affirmativa sententia habetur ex jure. 48 Si Praelatus elegit, non potest revocare electionem.

SECUNDUM commune jus possunt Moniales compromittere electionem Abbatisiae seu Priorisae idonee in Episcopum, vel alium Praelatum praesidentem, ita ut, quam ipse elegerit, si sit sufficiens, & conveniens, canonice habeatur electa. Ita colligitur ex cap. Causam, de electione, Panormitan. ibi n. 3. Rodriguez tom. 2. q. 54. artic. 7. Layman. q. 232. Tambur. tom. 4. disp. 28. q. 8.

C. Causam. Panorm. Rodrig. Layman. Tamburin. 48. Lator. Lezana.

C. In Causis. C. Innotuit.

Et rectè etiam advertunt Latorius variarum lucubratur. tit. 4. cap. 24. num. 60. Lezana verb. Abbatisia. Quod si tunc Episcopus male elegerit, non poterit revocare electionem, quia jam functus est suo officio, sive bene, sive male, & ideo jam amplius non potest in illo negotio se intromittere, cap. in causis. cap. Innotuit, de electione.

QUESTIO XIX.

Quo in loco debeat fieri electio Abbatisiae seu Priorisae?

SUMMARIUM.

49 Praelatus non potest ingredi Monasterium juxta Trident. 50 In casu necessario, & ad majorem quietem potest.

PRaelatus praetextu interveniendi electioni Abbatisiae, seu Priorisae, regulariter non potest ingredi septa Monasterii. Id aperte declarat Concilium Tridentinum sessio. Conc. Tri. ne 25. cap. 7. de Regularibus. Claustra Monasterii non ingrediatur, sed ante cancellorum fenestellam vota singularum audiat, vel accipiat. Quod etiam multipliciter à Sacra Congregatione declaratum est.

Tamen si Praelatus praesidens electioni, prudenter judicet non posse fieri electionem quietè, ac canonice, nisi ipso ingrediente cum suis coasumptis ob dissensiones Monialium, ac probabilem suspicionem subornationis, aliamve similem causam; tunc licite poterunt ingredi. Ita tenent Rodriguez tom. 1. quaest. 46. artic. 5. Francisc. Leo part. 2. cap. 1. Miranda nu. 46. Miranda de Monialibus, quaest. 2. artic. 5. Joan. de la Cruce lib. 1. de stat. Relig. cap. 5. dubio 2. col. 3. Sanchez in Decalog. tom. 2. lib. 6. Sanchez cap. 16. num. 50. Hieronym. Vener. in Examine Episcopali, lib. 6. cap. 28. nu. 7. & 8. Barbofa de potestate Episcopali, part. 3. allegat. 102. nu. 46. & confirmatur ex Bulla Gregorii XIII. pro Monialibus, loquens de Praelatis, quibus quovis modo Monialium cura incumbit, facultate sibi ex Officio attributa, ingredi Monasteria praedicta, ita demum uti possit; si id faciam in casibus necessariis.

49. Conc. Tri. Rodrig. Franc. Leo; Miranda. Joan. de la Cruce. Sanchez. Venerus. Barbofa. Greg. XIII.

QUESTIO XX.

Qualiter voca Monialium in electione Abbatisiae debeant esse secreta?

SUMMARIUM.

51 Vota sint secreta, aliter electio est nulla. 52 Monialis caeca, vel manu arida, potest dare votum ore suo. 53 Praelatus cum assistentibus tenetur sub mortali ad secretum.

IN electione omnium Praelatorum regularium, Abbatisiarum, & aliarum Praepositarum praecipit Concilium Tridentinum sess. Trident. 25. cap. 6. de Regularibus, & ait: Quo omnia rectè, & sine ulla fraude fiant; in primis Synodus distinctè praecipit omnes supradictos eligi debere per vota secreta; ita ut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur. Quae forma maxime servanda est in electione Praelatorum, ac Abbatisiarum; itaut si aliter facta sit etiam per ignorantiam decreti Concilii,

51. Trident.

Concilii electio; ipso facto, est nulla, & in hoc nec Episcopus, nec alius Praelatus potest dispensare. Ita à Sacra Congregatione Cardinalium declaratum est, ut referunt Riccius in decis. curi. Archiepiscop. Neapolitan. p. 4. decis. 197. num. 7. & Samuelius tract. 1. de elect. Canon. disp. 5. controvers. 2. num. 18.

Riccus. Samuelius.

52. Ipsa autem vota possunt dari scripta missa in urna, & statim post electionem comburantur, vel ipsa vota dari possunt à Moniali ore tenus, verbi gratia, si Monialis sit caeca, vel habeat manum atidam, vel nesciat scribere, tunc secretè, ac submissa voce potest profertè votum suum coram Episcopo, vel Praelato, seu ejus Vicario, seu Secretario, vel alio ab eo assumpto, & hoc modo electio valida est, ut declaravit Sacra Congregatio apud Gaticiam part. 5. de benef. cap. 4. num. 190. & Naldum in Summa, verbo Moniales, num. 11. & Barbofam in collectan. Bullar. verb. Abbatisia. & hoc aperte colligitur ex Concilio Tridentino sess. 26. cap. 7. de Regularibus, ubi ait: quod Superior ante Cancellorum fenestellam vota singularum audiat, & excipiat. Expende: audiat: ore, nempe, prolata, tamen cum magno sigillo, & secreto; aliter electio non erit secreta, ac proinde nulla juxta mentem Concilii Tridentini.

Garcia. Naldus. Barbofa.

Trident.

53. Garcia.

Addit Garcia citatus, quod si vota ore proferrantur coram Praelato, duobus, vel tribus assistentibus, adhuc electio erit secreta, tamen Praelatus cum suis assistentibus tenetur sub peccato mortali nunquam talem personam publicare, ac divulgare.

QUESTIO XXI.

Quid faciendum, si una schedula sit vitata?

SUMMARIUM.

54 Omnes rumpantur, & fiat nova electio.

54. SI tamen detur casus, quod Episcopus, vel alius superior, qui praestitit electioni Abbatisiae, recipiat omnes schedulas, & postea inveniat unam scissam, vel signatam, aut inveniat plures, vel pauciores, quid agere debeat? Respondeo, quod tunc elector debet omnes schedulas rumpere, & inde urere, & facere denudè aliam electionem majori circumspectione. Ita docent Navar. Fr. Emanuel Rodrig. Venetus quos citat, & sequitur Tamburin. disp. 28. q. 9. num. 4. Cut sententiae adheret Pellizar. tom. 3. tract. 10. c. 10. n. 102. Circa quod plura dicam cum de electionibus fuerit sermo.

Navar. Rodrigueza. Voactus. Tamburin. Pellizar.

QUESTIO XXII.

Quis numerus votorum requiritur ad Canonicam electionem Abbatisiae?

SUMMARIUM.

55 Prima sententia requirit duas partes votorum Sylveira Opuscula.

56 Secunda sententia majorem numerum requirit.

BARbofa lib. 1. de jure Ecclesiastic. cap. 45. num. 27. Tamburinus tom. 4. disp. 28. qu. 9. num. 3. Lezana verb. Abbatisia, num. 6. tenent ad Canonicam electionem Abbatisiae, requiri numerum duarum partium votorum ex tribus nisi aliud petat loci consuetudo, quod probant ex quadam declaratione Sacrae Congregationis sub die 20. Novembre 1585. in qua ita est declaratum.

55. Barbofa. Lezana.

Contraria sententia mihi simpliciter est vera, quam tenent Sylvester. verb. Electio 2. quaest. 9. Miranda de Monialibus, quaest. 7. art. 4. Suar. tom. 4. de Religione, tract. 8. lib. 2. cap. 5. num. 22. Ut una Monialis sit Canonicè electa sufficit quod habeat pro se majorem partem Capituli; hoc enim dicit formaliter ipsum verbum, exigere; unum praeter alio, & quamquam Doctores aliqui requirant majorem, & sanioris partem. Juxta cap. Quia propter, de electione. Tamen semper pars major praesertitur sanior, nisi persona electa sit aperte indigna; ut notat Suarez citatus, num. 23. Unde declarationem, quam adducunt Auctores contrarii, nostri Auctores non admittunt; utpote quia non ostenditur authentica, aut certe, quia ubique non obligat; unde seclusa consuetudine in contrarium, ac peculiaribus Religionum statutis, si dentur, nostra sententia est tenenda.

56. Sylvester. Miranda. Suar.

Cap. Quis.

QUESTIO XXIII.

Quenam Abbatisiae sunt a benedicenda?

SUMMARIUM.

57 Ubi est consuetudo Abbatisiae benedicenda. 58 Abbatisiae perpetuae, & non triennales benedicenda.

IN hac difficultate maxime ponderanda est Clemensina Attendentes de statu Monachorum. In qua sic habetur: Ut quavis ad regimen Abbatisiarum assumpta in Monasteriis, in quibus Abbatisiae sunt solite benedictae intra annum à sua confirmationis tempore computandum, munus benedictionis suscipiant, alioquin à jure suo, nisi subsit causa rationabilis, prorsus se noverint cecidisse. Ex quo aperte constat, quod ubi non est consuetudo, Abbatisiae non sunt benedicendae, ait Text. Quae sunt solite benedictae. Haec autem, ut ibi notat Glossa. sa verb. Solite; consuetudo poterit cognosci, super quadraginta annos sit continuata benedictio; tunc Abbatisia benedictione eget: si autem per spatium praedicti temporis contrarium invenitur, non erit benedicenda: si autem intra idem tempus constat, aliquas fuisse benedictas, aliquas vero non; tunc liberum erit Abbatisis benedictionem suscipere, vel non suscipere. Ita Azor. p. 1. lib. 13. Azor. cap. 20. quaest. 4.

57. Clem. Attens.

Glossa.

58.

Deinde etiam pro majori claritate hujus rei. Duo sunt genera Priorisatarum, seu Abbatisiarum; quaedam sunt Abbatisiae perpetuae,

QUESTIO XVII.

An Monialis possit sibi dare suffragium?

SUMMARIUM.

46 Si Monialis pro se habet majorem partem potest, si electio in dubio est, non potest.

AN vero dari possit casus in quo Monialis possit sibi metipsum dare suffragium & semetipsum eligere in Abbatissam? Respondeo, quod si electio est in dubio, & quod vota ex utraque parte videntur paria, tunc non potest, & peccat mortaliter, est enim nota ambitionis, quae est pessima causa; at vero si Monialis se ipsam electam moraliter intelligit, & se habere majorem partem, tunc poterit consentire in sui electionem, ac veluti se coeligere. Ut tenent Layman, in quaestione Canonica, cap. ultimo, quaest. 233. Tamburinus disputat. 28. quaest. 9. num. 4. Pellizarius tomo tertio, tractatu 10. cap. 10. n. 103. Tunc enim cessat ambitionis suspicio, & talis collectio ad majus bonum est conventus, & ad majorem pacem firmandam, & ut electio magis benignè recepta habeatur.

Layman. Tambur. Pellizar.

QUESTIO XVIII.

Possintne Moniales per compromissum committere electionem Praelato praesidenti?

SUMMARIUM.

47 Affirmativa sententia habetur ex jure. 48 Si Praelatus elegerit, non potest revocare electionem.

C. Causam. Panorm. Rodrig. Layman. Tambur. 48. Lavor. Lezana.

C. In Causis. C. Innotuit.

SECUNDUM commune jus possunt Moniales compromittere electionem Abbatissae seu Priorissae idoneae in Episcopum, vel alium Praelatum praesidentem, ita ut, quam ipse elegerit, si sit sufficiens, & conveniens, canonicè habeatur electa Ita colligitur ex cap. Causam, de electione, Panormitan. ibi n. 3. Rodriguez tom. 2. q. 54. artic. 7. Layman. q. 232. Tambur. tom. 4. disp. 28. q. 8. Et rectè etiam advertunt Lavorius variarum lucubratur. tit. 4. cap. 24. num. 60. Lezana verb. Abbatissa. Quod si tunc Episcopus male elegerit, non poterit revocare electionem, quia jam functus est suo officio, sive bene, sive male, & ideo jam amplius non potest in illo negotio se intromittere, cap. in causis. cap. Innotuit, de electione.

QUESTIO XIX.

Quo in loco debeat fieri electio Abbatissae seu Priorissae?

SUMMARIUM.

49 Praelatus non potest ingredi Monasterium juxta Trident. 50 In casu necessario, & ad majorem quietem potest.

PRaelatus praetextu interveniendi electioni Abbatissae, seu Priorissae, regulariter non potest ingredi septa Monasterii. Id aperte declarat Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 7. de Regularibus. Claustra Monasterii non ingrediatur, sed ante cancellorum fenestellam vota singularum audiat, vel accipiat. Quod etiam multipliciter à Sacra Congregatione declaratum est.

Tamen si Praelatus praesidens electioni, prudenter judicet non posse fieri electionem quietè, ac canonicè, nisi ipso ingrediente cum suis coasumptis ob dissensiones Monialium, ac probabilem suspensionem subordinationis, aliamve similem causam; tunc licite poterunt ingredi. Ita tenent Rodriguez tom. 1. quest. 46. artic. 5. Francisc. Leo part. 2. cap. 1. n. 46. Miranda de Monialibus, quest. 2. art. 15. Joan. de la Cruce lib. 1. de stat. Relig. cap. 5. dubio 2. col. 3. Sanchez in Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 16. num. 50. Hieronym. Vener. in Examine Episcopali, lib. 6. cap. 28. n. 7. & 8. Barbofa de potestate Episcopali, part. 3. allegat. 102. n. 46. & confirmatur ex Bulla Gregorii XIII. pro Monialibus, loquens de Praelatis, quibus quovis modo Monialium cura incumbit, facultate sibi ex Officio attributa, ingredi Monasteria praedicta, ita demum uti posse, si id faciant in casibus necessariis.

49. Conc. Triid.

50.

Rodrig. Franc. Leo; Miranda. Joan. de la Cruce. Sanchez. Venerus. Barbofa.

Greg. XIII.

QUESTIO XX.

Qualiter voca Monialium in electione Abbatissae debeant esse secreta?

SUMMARIUM.

51 Vota sint secreta, aliter electio est nulla. 52 Monialis caeca, vel manu arida, potest dare votum ore suo. 53 Praelatus cum assistentibus tenetur sub mortali ad secretum.

IN electione omnium Praelatorum regularium, Abbatissarum, & aliarum Praepositarum praecipit Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 6. de Regularibus, & ait: Quo omnia velle, & sine ulla fraude fiant; in primis Synodus distinctè praecipit omnes praedictos eligi debere per vota secreta; ita ut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur. Quae forma maxime servanda est in electione Praelatorum, ac Abbatissarum; itaut si aliter facta sit etiam per ignorantiam decreti Concilii,

51. Trident.

Concilii electio; ipso facto, est nulla, & in hoc non Episcopus, nec alius Praelatus potest dispensare. Ita à Sacra Congregatione Cardinalium declaratum est, ut referunt Riccius in decisuris Archiepiscopi Neapolitan. p. 4. decis. 197. num. 7 & Samuelius tract. 1. de elect. Canon. disp. 5. controvers. 2. num. 18.

Riccus. Samuelius.

IPsa autem vota possunt dari scripta missa in urna, & statim post electionem comburantur, vel ipsa vota dari possunt à Moniali ore tenus, verbi gratia, si Monialis sit caeca, vel habeat manum atidam, vel nesciat scribere, tunc secretè, ac submissa voce potest proferre votum suum coram Episcopo, vel Praelato, seu ejus Vicario, seu Secretario, vel alio ab eo assumpto, & hoc modo electio valida est, ac declaravit Sacra Congregatio apud Garcia. Garcia. Naldus. Barbofa. Trident.

Garcia. Naldus. Barbofa. Trident.

53. Garcia.

ADDit Garcia citatus, quod si vota ore proferantur coram Praelato, duobus, vel tribus assistentibus, adhuc electio erit secreta, tamen Praelatus cum suis assistentibus tenetur sub peccato mortali nunquam talem personam publicare, ac evulgare.

QUESTIO XXI.

Quid faciendum, si una schedula sit vitriata?

SUMMARIUM.

54 Omnes rumpantur, & fiat nova electio.

SI tamen detur casus, quod Episcopus, vel alius superior, qui praestitit electioni Abbatissae, recipiat omnes schedulas, & postea inveniat unam scissam, vel signatam, aut inveniat plures, vel pauciores, quid agere debeat? Respondeo, quod tunc elector debet omnes schedulas rumpere, & inde urere, & facere denud aliam electionem majore circumspeditione. Ita docent Navarr. Fr. Emanuel Rodrig. Venetus quos citat, & sequitur Tambur. disp. 28. q. 9. num. 4. Cut sententia adhuc Pellizar. tom. 3. tract. 10. c. 10. n. 102. Circa quod plura dicam cum de electionibus fuerit sermo.

Navar. Rodriguez. Venetus. Tambur. Pellizar.

QUESTIO XXII.

Quis numerus votorum requiritur ad Canonicam electionem Abbatissae?

SUMMARIUM.

55 Prima sententia requirit duas partes votorum Sylveira Opuscula.

56 Secunda sententia majorem numerum requirit.

BARbofa lib. 1. de jure Ecclesiastic. cap. 45. num. 27. Tamburinus tom. 4. disp. 28. q. 9. num. 3. Lezana verb. Abbatissa, num. 6. tenent ad Canonicam electionem Abbatissae, requiri numerum duarum partium votorum ex tribus nisi aliud petat loci consuetudo, quod probant probant ex quadam declaratione Sacrae Congregationis sub die 20. Novembre 1585. in qua ita est declaratum.

55. Barbofa. Lezana.

CONtraria sententia mihi simpliciter est vera, quam tenent Sylvester. verb. Electio 2. quest. 9. Miranda de Monialibus, quest. 7. art. 4. Suar. tom. 4. de Religione, tract. 8. lib. 2. cap. 5. num. 22. Ut una Monialis sit Canonicè electa sufficit quod habeat pro se majorem partem Capituli; hoc enim dicit formaliter ipsum verbum, eligere; unum praeter alio, & quamquam Doctores aliqui requirant majorem, & sanioram partem. Juxta cap. Quia propter, de electione. Tamen semper pars major praesumitur sanior, nisi persona electa sit aperte indigna; ut notat Suarez citatus, num. 23. Unde declarationem, quam adducunt Auctores contrarii, nostri Auctores non admittunt; utpote quia non ostenditur authentica, aut certe, quia ubique non obligat; unde seclusa consuetudine in contrarium, ac penultimis Religionum statutis, si detur, nostra sententia est tenenda.

56. Sylvester. Miranda. Suar.

Cap. Quis.

QUESTIO XXIII.

Quenam Abbatissae sunt benedicendae?

SUMMARIUM.

57 Ubi est consuetudo Abbatissae benedicendae. 58 Abbatissa perpetua, & non triennales benedicendae.

IN hac difficultate maxime ponderanda est Clementina Attendentes de statu Monachorum. In qua sic habetur: Ut quavis ad regimen Abbatissarum assumpta in Monasteriis, in quibus Abbatissae sunt solite benedicti intra annum à sua confirmationis tempore computandum, munus benedictionis suscipiant alioquin à jure suo, nisi subsit causa rationabilis, prorsus se noverint cecidisse. Ex quo aperte constat, quod ubi non est consuetudo, Abbatissae non sunt benedicendae, ait Text. Quae sunt solite benedicti. Haec autem, ut ibi notat Glossa verb. Solite; consuetudo poterit cognosci, super quadraginta annos sit continuata benedictio; tunc Abbatissa benedictione eget; si autem per spatium praedicti temporis contrarium invenitur, non erit benedicenda; si autem intra idem tempus constat, aliquas fuisse benedictas, aliquas vero non; tunc liberum erit Abbatissis benedictionem suscipere, vel non suscipere. Ita Azor. p. 1. lib. 13. Azor. cap. 20. quest. 4.

57. Clem. Auct.

Glossa.

58.

DEinde etiam pro majori claritate hujus rei. Duo sunt genera Priorissarum, seu Abbatissarum; quaedam sunt Abbatissae perpetuae,